



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 13. Linguam potiùs, quàm virginitatem amittens martyr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

abscidit, dentesq; foedum in modum rece-
xit. Hoc exemplum ceteræ omnes imita-
tæ, se ipsas pariter denafauerunt. Erat tunc
miserabilis & verè monstrosus earum aspe-
ctus; qui superuenientes hostes ita deter-
ruit, vt nullam omnium cuperent atta-
minare. Quas igitur venerant violatas
occisuri, intactas, in suaue Numinis holo-
caustum vnà cum monasterio concremâ-
runt, ipsi naso suspensi, quia nimium na-
suti prædam malè odorati fuerunt. Hor-
rentur alioqui monstra, has sine naribus ac
labris virgines monstrosas factas, Deus
tanto magis amauit, tamquam ipsa mon-
strofitate decoratas.

§. XIII.

*Linguam potius quàm virginitatem amittens
martyr.*

Ad hanc classem pertinet Ascetes ille,
qui castitatem & virtutes alias pijs studijs se-
dulò meditans equali decertauit agone. Is cum
expugnari omnino non potuisset, nullamq; ad-
uersarijs vincendi spem reliquisset, post innu-
mera tormenta, in lecto vinculis ligatus reponi-
tur: & mulier impudica ad eum immittitur,
qua illum complectens, exosculans, manusq;
petulanter ad membra secreta adhibens, pro-

Niceph^s
l. 2. hist.
Eccl. 6. 13.

Bb

facissimè

cacissimè ad rem illicitam, nihil prorsus lascivia, & illecebrarum prætermittens, concitat. Iste aliud, quod faceret, non habens, linguam ipse suam morsu concisam, dentibusq; comminutam in faciem meretricis expuit. Quare sibi ipsi quidem pro voluptate acres dolores, impudicæ autem illi probam atq; stuporem, cum acerbitate, tam vehementibus illis illecebrarum insultationibus superior, conciliavit. Et sicuti in certamine pudicitia aduersus eam victor fuit, ita paulo post vitam martyrij sigillo confirmavit. Nimirum qui didicit vulneratus vincere, meritò triumphauit moriendo; & mortuus est, vt triumpharet. Pergite, qui castitati cauetis, virtutem hanc adumbrare; si non fas est vobis linguam præmordere, licet tamen vobis cum Paulo corpus castigare, & flagellis sauire in terga, & ibi quoque erubescere. Veneris faces, quæ vino accenduntur, sanguine extinguuntur. Nemo se hîc excuset, nemo inermem putet ad pugnandum pro castitate. Hic iuuenis victus, cum alia omnia deessent, telum in ore reperit, quod impudicæ Thaidi in faciem iacularetur. Nimirum hæc oratio illius fuit;

Græcorum

*Grauent catena corpus, & longa fame
Mors protrahatur lenta, non vincet si-*
dem Senec. in
Hercule
fur.

*Vis ulla nostram: moriar, ô Numen,
tuus.*

§. XIV.

Mulier muta, ne esset maledica.

Quid de lingua amissa sanctus quera-
tur? si hæc taceat, omnibus membris po-
test Christum prædicare. Et scimus, mul-
tos elingues, ipso Cicerone disertius diui-
na vi fuisse locutos. Ita si tyrannus mem-
bro exempto monstrum voluit facere, Deus
monstrum prodigio condecoravit. Quan-
quam omnino digni sunt hoc plectro, qui
eo nôrunt in diuinas laudes uti. Illi au-
tem, quibus hæc in ore caro mille parit
infernus, dum lingua Deum blasphemant,
dum homines impetunt, dum viperas
agunt, *quorum os maledictione plenum est,*
magni meritò beneficij loco habere de-
bent, si linguam amittunt, aut velut ca-
pistro iniecto eam sentiunt impediri. Vin-
centius clarum inter Patres Dominicanos
fidus, & ob tot tamque illustria prodigia
meritò miraculosus Prædicator, aliquan-
do Valentia, in solenni D. Ioannis Baptistæ

Petr.
Ranz.
Panorm.
in vita
eius. l. 3.
cap. 1.

